

/ Illustris, et Venerabilis Domina, ac filia in Christo. Lectis litteris, quas ad me dedisti, gratias egi Domino Deo nostro, quod in tuo sacro pectore tantum amorem erga coelestem sponsum accenderit, ut non solum carnales nuptias, et omnia mundi blandimenta contempseris, sed etiam invicta restiteris iis, qui te a tanto bono abstrahere conabantur. Itaque ut plium tuum desiderium, quoad poteram adjuvarem, adiiconto Summum Pontificem, eique reddidi litteras, quas ad illum scripsisti, eumque obnixe rogavi, ut non permitteret iniuriam tibi fieri, cum non possit iniuria fieri tibi nisi etiam Sponso coelesti fiat. Respondit Pater Sanctus se scripturum nuncio suo Apostolico, ut si matrimonium vestrum non sit consummatum, det omnino operam, ut nemo tibi molestus sit, sed libere possis sanctae religionis habitum assumere, et professionem sanctam emittere, atque una cum istis sacris virginibus perpetuo in  
15 Domino obsequio permanere. Ego vero, ut unus ex ultimis Iesu Christi Sponsi tui famulis, gratissime accepi occasionem illustri, et tam pia dominae deservendi; et quamvis non opus sit currentem ad bravium supernae vocationis incitare, hortor tamen, ut in cursu inchoato forti animo perseveres; neque desistas donec ad Sponsum  
30 coelestem, ipsa Virgine regina praevia, et angelo custode comite, perducaris. Ora pro me, virgo Christi, ut senio iam gravatus ad requiem aeternam, tuis sanctis precibus adjuvantibus aliquando perveniam. Romae die 20 iunii 1611.